UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Introductio ad itinerarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

AD

ITINERARIUM

Pro Futurâ Via & Vitâ.

INTRODUCTIO.

QUod ſi homines mundani in exterâ aliquam, & longinquam migraturi regionem, pro fœliciori itineris progreſſu & ſucceſſu, quem avidè deſiderant, juſtâ de cauſâ ſibi conficiant aliquod itinerarium, ſeu diarium viæ, quam inituri ſunt; diſtribuendo eam in certos ac determinatos dies, difficultates etiam, quæ ſuboriri poſſunt, prævidendo, ut eò ſecuriùs deſideratum itineris & viæ attingant terminum: æquiori ratione Homo Chriſtianus, cui iter nimis oblongum & prolixum ſuſcipiendum, & ex hoc Mundo alio migrandum eſt, hanc curam & diligentiam adhibere debet, prævidendo & conſiderando dies, & viam, quam ingreſſurus eſt, ut abſque omni impedimento, fœlici omine, ſecundiſque eventibus optatum æternæ ſalutis portum attingere valeat. Quapropter in hac ſecunda parte, in quâ de proximâ diſpoſitione ad mortem tractatur, ſuffragante & auſpice ſanctiſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimâ Dei Matre conficietur aliquod veluti iti-
rarium ſeu diarium, quod pro regulâ & in-
ſtione eorum, quæ infirmo à principio in-
tatis ſuæ ad ultimum uſque mortis punctum
agenda ſunt, inſerviet: & totum reduce-
novem capita, quæ erunt veluti novem i-
Haba. 3. à Propheta nuncupata *Itinera æternitatis*: q-
verus Chriſtianus debitâ cum diligentiâ p-
cerit, ad fœliciſſimum æternæ gloriæ peri-
terminum. Enimverò, ut bene moriaris, n-
ſatis eſt, te benè vixiſſe ſanum; ſed bonam v-
in infirmitate quoque continues, & bonitat-
ad mortem uſque ſanus pariter & infirmus D-
glorifices, neceſſe eſt. Primum igitur iter-
itinerarij erit de eo, quod fieri debet in pri-
& progreſſu infirmitatis. Secundum de t-
mento, quandò & quomodò condendo
Tertium de inſinuatione mortis, quom-
danda & recipienda ſit. Quartum de ſanct-
mis Sacramentis Confeſſionis, Viatici, & E-
tremæ Unctionis. Quintum de tentation-
& remediis. Sextum de quibusdam pr-
tionibus. Septimum de nonnullis devo-
exercitiis tempore morti proximo perag-
Octavum de judicio particulari. Nonum
ultimum de fine & termino mortis, puta, de
quod poſt mortem eveniet.